Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35073
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Martis vero preparatio
similiter est multiplex.
Quedam enim est per
sublimationem. Quedam vero sine
sublimatione completur. Que vero
per sublimationem fit cum arsenico
cuius modus hic est. Ingeniemur
quatenus perfundamus possimus eidem
arsenicum non fixum coniungere
ut cum fusione eorum liquescat
postea vero sublimetur in vase proprie
sublimationis. Et hec sublimatio
melior que intertetas (?) repetitur.
Est et alia preparatio illius martis
per arsenicum sublimatum album vel
totiens quousque fixum maneat
quantitas aliqua cuius arsenici
hic enim si reductum fuerit emana-
bit album mundum fusile et
preparatum. Est similiter modus
eius preparationis cuius scilicet
per fusionem eius cum plumbo et
tutia et sulphure et cum armoniaco
de hiis enim fluit mundum et album.

Sermo de ingeniis universali
indurandi mollia et mol-
lificandi dura Capitulum
30m Cam 1xm libri

Sed ne nunquam videantur
sufficientes cum non de-
terminaturos ex premissis
de duriciis corpora ingeniosa
mollificatione atque mollium in-
duratione per calcinationis modum
ideo illum non obmittimus sed
mollium quidem primo. Durorum
vero postea. Mollium quidem
preparatio est ut solvatur aceto
vini proprio et solvatur
corpus denique in tertione (?) sit
induratum. Et hec ab se solutio-
nes misceantur. Et ex hiis al-
ternata vice calcinatum corpus
misceatur terendo et imbibendo
calcinando et reducendo quousque
durum fiat cum ignitione fa-
cile. Hoc idem cum talk et
tutia et marchasita calcinate
plures et imbibite perfecti complete
constringit. Et tempore quidem hec
mundiora tanto et perfectius
mutantur. Mollificantur et
similiter dura corpora cum in-
geniis consimili et est ut cum
arsenico totiens coniugantur
et sublimatur. Et post sub-
limationem assumantur cum reperatio-
ne sui igneis cuius modum nar-
ravimus in libro fornacum et
ultimo indurantur cum expressione
sui igneis in ordine sui dicta
quousque infusione mollificetur
secundum exigentiam duritiei corporis.
Et hoc quidem sint altercatores